

quas versu precedenti recensui, in verâ scilicet pietate erga Deum, in pacis cum proximo servandæ studio, et in gaudio spirituali et in curâ alios spiritualiter consolandi, non autem contentione irritandi, qui sic Christo servit, et Deo placet et ab hominibus piis approbatur.

VERS. 19. — *Itaque quæ pacis sunt sectentur, et quæ...* Syr. : *Nunc post pacem curamus et post edificationem mutuum.* Ex dictis concludit Apostolus ut cum studio nos applicemus ad sectanda quæ ad pacem et ad mutuan edificationem pertinent, per bona scilicet exempla.

OBSERVATIO DOCTRINALIS ET MORALIS.

Frequens et familiare est Apostolo nomen edificationis, et ab ipso factum familiare Christianis, quorum tamen pauci vim et originem nominis illius intelligunt : ut autem intelligas, nota 1^o quod secundum Apostolum fideles sunt templum Dei, 1 Cor., cap. 5, v. 16 ; cap. 6, v. 19 ; 2 Cor., cap. 6, v. 16. 2^o Paradisus est civitas, cujus Deus fundator et architectus, Heb. 11, 10 ; cujus singuli fideles sunt lapides vivi, scalpri salubris ictibus et tonsione plurimâ preparati, ut in suo reponantur loco. Hinc illud omne quod facimus, ut proximus noster, vel Christo lapidi angulari firmius uniat, vel invicem alter alteri charitate jungatur, hoc vocatur edificatio. Quidquid igitur ad beatitudinem conferat et disponit, edificatio est. Quidquid ad sanctitatem confert, seu, ut Spiritus sanctus in nobis, velut in templo suo habitat, edificatio est. Duo autem ad hoc conferunt : documenta scilicet et exempla.

VERS. 20. — *Noli propter escam destrukere opus Dei...* Græc. : *Ne propter escam destruito, etc.*, id est, cave ne propter cibum, qui res est ex se indifferens, destruas et evertas edificium Dei, templum Dei, domum Dei. Perseverat inceptâ templi figurâ : frater, seu Christianus, in quo Christus habitat, domus est Dei, templum Spiritus sancti ; cave ne per tuum exemplum destruas hoc opus Dei. Hinc discamus templum studio cavendæ sint altercationes pacem turbantes, et mala exempla ad malum inducentia, cum per hæc destruat opus Dei.

OMNIA QUIDEM SUNT MUNDA, SED MALUM... Syr. : *Sed mala sunt homini, qui cum offendiculo, etc.* Fator

puta in pace, justitiâ, et gaudio Spiritus sancti, in quo consistit regnum Dei) servit Christo, placet Deo, et probatus est hominibus.

VERS. 19. — *Itaque quæ pacis sunt, etc.* ; videlicet præbentes invicem bona exempla, quibus adificentur et confortentur proximi in fide et pietate.

VERS. 20. — *Noli propter escam destrukere opus Dei,* quia edificium Dei, scilicet fidem, charitatem, et religionem christianam in proximo, vel opus Dei, hoc est, proximum ipsam, quem Deus fecit christianum, fidelem, piûm, ino domum et templum suum.

Omnia quidem sunt munda ; nihil est commune per seipsum.
Sed malum est homini, qui per offendiculum manducal ; malum, id est, peccatum est homini, id quod per se mundum est, edere per offendiculum, id est, cum offendiculo et destructione proximi.

VERS. 21. — *Bonum est non manducare carnem, et*

quidem, et illud jam dixi supra, v. 14, nullus cibus immundus est ; sed omnes cibi sunt mundi, tum natura suâ, tum Christi permissu ; peccat nihilominus homo qui illis utitur cum offendiculo et destructione proximi, quia tunc homo ille re bonâ malè utitur. Hinc rursus discamus quantâ cum discretione sit cum fratribus vivendum ; quanto studio omnia sint observanda, ne scandalum pariat infirmis ; etiam res bonæ, ubi per charitatem non diriguntur, malè fiant homini, qui per eas scandalum præbet proximo.

VERS. 21. — *Bonum est non manducare carnem...* Græc. : *Pulchrum, honestum est, etc.* ; Syr. : *Bonum est nos non edere carnem, nec bibere vinum, nec quicquam in quo offendatur frater noster.* Sensus ad litteram bonus quidem ; videtur tamen quod positivum hic pro comparativo ponatur, seu bonum, pro melius ; præstaret nunquam comedere carnem, et vinum non bibere, quam sic fratri dare lapsus occasione ; sive labatur, te contra conscientiam imitando, sive labatur, te temerè judicando, sive labatur in fide infirmior evadendo. Charitati debent omnia edere ; non tantum ab illicitis, sed et à licitis abstinendum, ubi charitas proximi postulat.

VERS. 22. — *Tu fidem habes...* firmiorem alloquitur : Tu credis, et benè, nullum amplius cibum immundum esse ; hanc fidem in animo serva et coram Deo ; ad nosi illam in publico prodere, eaque uti cum tui fratris offendiculo.

BEATUS QUI NON JUDICAT... id est, beatus qui semetipsum interius non condemnat in eo quod probat exterius, et de facto ; uno verbo, beatus qui nihil contra conscientiam agit. Hoc ad infirmum dirigitur, qui putans non licere carne, v. g., suilla vesci, aliorum tamen excitatus exemplo, contra propriam conscientiam edebat.

VERS. 23. — *Qui autem discernit ;* Græc. : *At ambigens, seu qui dubitat, hasitat, an scilicet liceat uti tali cibo, et tamen sic dubitans comedit.*

DAMNATUS EST, id est, ille reus est peccati, et proprio etiam iudicio ; quia non ex fide, id est, quia non juxta fidem, seu conscientiam suam agit, quæ dicitur non licere.

OMNE AUTEM QUOD NON EST EX FIDE, id est, quidquid est contra conscientiam, peccatum est. Fides

non bibere vinum, neque (aliud quid simile facere) in quo frater (proximus) tuus offenditur aut scandalizatur, aut infirmatur.

VERS. 22. — *Tu fidem habes ?* Dices mihi, inquit, te fidem habere quæ credas, ac certè persuasum habere omnia esse munda, ac legem cessare per Christum ; proindeque licitum tibi esse vesci quibuslibet : atque cum fidem te velle profiteri libero ciborum usu. Sequitur responsio :

Pone tamen ipsum habe coram Deo, q. d. : Noli illam jactare, illaque uti, cum frater scandalizet.

Beatus qui non judicat semetipsum in eo quod probat, quod eligi, quod amplectitur ; q. d. : Beatus est qui nihil agit contra conscientiam, qui non movet sibi dubia, et scrupulos in reatibus licitâ et adhioparâ, qualis est vesci idolothytis, aut cibis Judæis vetitis.

VERS. 23. — *Qui autem discernit (cibum à cibo, quasi illicitum et vitium à licito et permissu), si manducaverit*

hic idem est ac firma persuasio, seu dictamen conscientie ; patet enim textum legenti, quod hic non agatur de fide supernaturali christianâ, sed de fide morali et particulari practicâ. Unde colliges quod nostra conscientia sit primus casista noster ; ita ut, licet nos doctorum turba quid faciendum doceat, si

damnatu est (peccati et damnationis reatum incurrit), quia non ex fide, hoc est, quia non ex conscientie dictamine et credulitate, quæ credit licere hoc cibo vesci, supple manducet. Q. d. : Quia manducati et agit contra conscientiam, hinc peccato et damnationi se obstringit : Ita Chrysostomus.

Omne autem quod non est ex fide, peccatum est. Sensus est : Omne quod quis agit non persuasus id sibi licere,

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad proximum redigenda.

1^o Quantâ charitate sit cum infirmis utendum. Cum charitate suscipiendus, instruendus, fovendus, v. 1 ; cum eo non altercandum, ibid. ; maxime cavendum ne detur ei offendiculum, v. 15, 13 ; ne pereat ille pro quo Christus mortuus est, ne destruat opus Dei, v. 20. Nam, ut ait divus Chrysostomus, si ecclesiam suffodere, grave est et scelestum, multo magis, si hoc fiat spirituali templo ; augustinus quippe est homo, magisque venerandus quam ecclesia ; non enim propter parietes mortuus est Christus, sed propter ista Spiritus sancti templi, hom. 26. Moral.

2^o Quam periculosum sit judicare proximum, quia judicandi jus non habemus, Dei est ; Dei ergo iudicio stat : Deo itaque nostro iudicio facimus injuriam, v. 4 ; quia scientiam ad iudicandum necessariam non habemus, cor enim non novimus, hinc sæpè damna-

CAPUT XV.

1. Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, et non nobis placere.

2. Uiusquique vestrum proximo suo placeat in bonum, ad edificationem.

3. Etiam Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est : Improperia impropertium tibi occiderunt super me.

4. Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt ; ut per patientiam, et consolationem Scripturarum, spem habeamus.

5. Deus autem patientiæ et solati, det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum :

6. Ut unanimes, uno ore honorificetis Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi.

7. Propter quod suscipite invicem, sicut et Christus suscepit vos in honorem Dei.

8. Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum :

9. Gentes autem super misericordiam honorare Deum, sicut scriptum est : Propterea confitebor tibi in gentibus, Domine, et nomen tuo cantabo.

10. Et iterum dicit : Letamini, gentes, cum plebe ejus.

illud ipsum hic noster doctor internus condemnat, et iudicat non faciendum, peccaverimus illud faciendo. Hinc discite quanti refert scire quid faciendum, et non dubitare ; quanti refert in dubio securius amplecti, et dubium deponere.

sed vel illicitum putans, vel dubitans utrum liceat, peccatum est. Qui discernit cibum hunc quasi illicitum ab alio licito, si manducat id quod discernit quasi illicitum, damnatus est ; quia non ex fide, id est, quia non ex credulitate quod id liceat, sed contra conscientiam manducat. Apostolus enim per fidem hic, non intelligit fidem christianam, sed credulitatem, persuasionem, et dictamen conscientie.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad proximum redigenda.

mus eum qui apud Deum justus est ; quique hoc ipso opere quod damnatus, Deum honorat ; illud enim ad Dei gloriam facit ; itaque et nostro iudicio facinus injuriam proximo ; quia iudicando maximum Christo facinus injuriam, cujus mortis et resurrectionis jura violamus : mortuus est enim et resurrexit, ut omnium Dominus sit et Judex ; ipsi ergo præcipimus quod sui sanguinis pretio meruit, et emit, iudicium scilicet et dominium ; violamus et ejus gloriose resurrectionis jura, usurpantes potestatem quam à Patre in sua resurrectione receipt in omnes homines : *Data est mihi omnis potestas...* ; *dedi et iudicium iudicium facere.*

Ad hæc attendamus, ut cum infirmis secundum charitatem agamus ; et ut iudicium Deo relinquentes, de nemine iudicemus.

CHAPITRE XV.

1. Nous devons donc, nous qui sommes plus forts, supporter les faiblesses des infirmes, et non pas chercher notre propre satisfaction.

2. Que chacun de vous ait de la complaisance pour son prochain, dans ce qui est bon et ce qui peut l'édifier.

3. Car Jésus-Christ n'a pas cherché à se satisfaire lui-même, selon ces paroles de l'Écriture : Les injures qu'on vous a faites sont tombées sur moi !

4. Car tout ce qui est écrit a été écrit pour notre instruction, afin que nous conservions une espérance ferme par la patience, et par la consolation que les Écritures nous donnent.

5. Que le Dieu de patience et de consolation vous fasse la grâce d'être toujours unis de sentiment et d'affection les uns avec les autres, selon l'esprit de Jésus-Christ ;

6. Afin que d'un même cœur et d'une même bouche, vous glorifiez Dieu le Père de notre Seigneur Jésus-Christ.

7. C'est pourquoi supportez-vous les uns les autres, comme Jésus-Christ vous a supportés pour la gloire de Dieu.

8. Car je vous déclare que Jésus-Christ a été le ministre de l'Évangile à l'égard des Juifs circoncis, afin que Dieu fût reconnu véritable par l'accomplissement des promesses qu'il avait faites à leurs pères.

9. Mais pour les gentils, ils doivent glorifier Dieu de la miséricorde, qu'il leur a faite, selon qu'il est écrit : C'est pour cette raison, Seigneur, que je publierai vos louanges parmi les nations, et que je chanterai des cantiques à la gloire de votre nom.

10. Et l'Écriture dit encore : Réjouissez-vous, nations, avec son peuple.

41. Et iterum : Laudate, omnes gentes, Dominum ; et magnificate eum, omnes populi.

42. Et rursus Isaias ait : Erit radix Jesse, et qui exurgit regere gentes ; in eum gentes sperabunt.

43. Deus autem spei replet vos omni gaudio et pace in credendo ; ut abundetis in spe et virtute Spiritus sancti.

44. Certus sum autem, fratres mei, et ego ipse de vobis, quoniam et ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientiâ, ita ut possitis alterutrum monere.

45. Audacius autem scripsi vobis, fratres, ex parte, tanquam in memoriam vos reducens, propter gratiam que data est mihi à Deo,

46. Ut sim minister Christi Jesu in gentibus ; sanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta, et sanctificata in Spiritu sancto.

47. Habeo igitur gloriam in Christo Jesu ad Deum.

18. Non enim audeo aliquid loqui eorum que per me non efficit Christus in obedientiam gentium, verbo et factis :

19. In virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus sancti ; ita ut ab Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi.

20. Sic autem predicavi Evangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum edificarem, sed sicut scriptum est :

21. Quibus non est annuntiatus de eo, videbunt ; et qui non audierunt, intelligent.

22. Propter quod et impediabar plurimum venire ad vos, et prohibitus sum usque adhuc.

25. Nunc vero ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis jam precedentibus animis :

24. Cum in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteritis videam vos, et à vobis deducar illic, si vobis primum ex parte fruius fuero.

25. Nunc igitur proficiscar in Jerusalem ministrare sanctis.

26. Probarerunt enim Macedonia et Achaia, collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Jerusalem.

27. Placuit enim eis ; et debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles ; debent et in carnalibus ministrare illis.

28. Hoc igitur cum consummavero, et assignavero eis fructum hunc ; per vos proficiscar in Hispaniam.

29. Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Evangelii Christi veniam.

30. Obsecro ergo vos, fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per charitatem sancti Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum.

31. Ut liberer ab infidelibus qui sunt in Judæa, et obsequii mei oblatio accepta fiat in Jerusalem veniam.

32. Ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, et refrigerer vobiscum.

35. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

11. Et ailleurs : Nations, louez toutes le Seigneur : Peuples, glorifiez-le tous.

12. Isaïe dit aussi : Il sortira de la tige de Jessé un rejeton qui s'élèvera pour commander aux nations ; et les nations espéreront en lui.

13. Que le Dieu d'espérance vous comble de joie et de paix dans votre foi, afin que votre espérance croisse toujours de plus en plus, par la vertu du Saint-Esprit.

14. Pour moi, mes frères, je suis persuadé que vous êtes pleins de charité, que vous êtes remplis de toute sorte de connaissance, et qu'ainsi vous pouvez vous instruire les uns les autres.

15. Cependant je vous ai écrit ceci, mes frères, et peut-être avec un peu de liberté, voulant seulement vous faire ressouvenir de ce que vous savez déjà selon la grâce que Dieu m'a faite,

16. Pour être le ministre de Jésus-Christ parmi les nations, en exerçant la sacrificature de l'Évangile de Dieu, afin que l'oblation des gentils lui soit agréable, étant sanctifiée par le Saint-Esprit.

17. J'ai donc sujet de me glorifier en Jésus-Christ du succès de l'œuvre de Dieu.

18. Car je n'oserais parler que de ce que Jésus-Christ a fait par moi, pour amener les gentils à l'obéissance par la parole et par les œuvres,

19. Par la vertu des miracles et des prodiges, et par la puissance du Saint-Esprit, et de sorte que j'ai porté l'Évangile de Jésus-Christ dans cette grande étendue de pays qui est depuis Jerusalem jusqu'à l'Illyrie.

20. Et je me suis tellement acquitté de ce ministère, que j'ai eu soin de ne point prêcher l'Évangile dans les lieux où Jésus-Christ avait déjà été prêché pour ne pas bâtir sur le fondement d'autrui ; véritablement ainsi cette parole de l'Écriture :

21. Ceux à qui il n'avait point été annoncé, verront sa lumière ; et ceux qui n'avaient point encore entendu parler de lui, le connaîtront.

22. C'est ce qui m'a souvent empêché d'aller vers vous, et je n'ai pu le faire jusqu'à cette heure.

23. Mais n'ayant plus maintenant aucun sujet de demeurer davantage en ce pays-ci, et désirant depuis plusieurs années d'aller vers vous,

24. Lorsque je ferai le voyage d'Espagne, j'espère vous voir en passant, afin qu'après avoir un peu joui de votre présence, vous me conduisiez en ce pays-là.

25. Maintenant je m'en vais à Jérusalem, pour rendre service aux saints ;

26. Car les Églises de Macédoine et d'Achaïe ont résolu avec beaucoup d'affection de faire quelque part de leurs biens à ceux d'entre les saints de Jérusalem qui sont pauvres.

27. Ils s'y sont portés d'eux-mêmes, et en effet ils leur sont redevables ; car si les gentils ont participé aux richesses spirituelles des Juifs, ils doivent aussi leur faire part de leurs richesses temporelles.

28. Lors donc que je me serai acquitté de ce devoir, et que je leur aurai distribué cette aumône, je passerai chez vous en m'en allant en Espagne.

29. Or, je sais que vous allez voir, ma venue sera accompagnée d'une abondante bénédiction de l'Évangile de Jésus-Christ.

30. Je vous conjure donc, mes frères, par Jésus-Christ notre Seigneur, et par la charité du Saint-Esprit, de combattre avec moi par les prières que vous ferez à Dieu pour moi,

31. Afin qu'il me délivre des infidèles qui sont dans la Judée, et que les saints de Jérusalem reçoivent favorablement le présent que je leur porte.

32. Et qu'ainsi étant plein de joie, je puisse aller vers vous, si c'est la volonté de Dieu, et jouir avec vous d'une consolation mutuelle.

33. Que le Dieu de paix demeure avec vous. Amen.

ANALYSIS.

1° Firmiores speciatim hortatur ut exemplo Christi Domini, qui peccata nostra tulit, quique sibi ipsi non vixit, sed nobis, et nostræ salutis totus, sic et illi tenenter ferant infirmorum imbecillitates, sibi ipsi non vivant, suisque tantum commodis serviant, sed proximorum edificationi et salutis student, v. 1, 2, 3, 4.

2° Omnibus Romanis, sive Judæis, sive gentilibus, per modum benedictionis perfectam approcatur inter se concordiam ; et ut omnem inter utrumque populum dissensionem extinguat, rursus ipsis omnibus exhibet exemplum Christi, qui utrumque populum misericorditer suscepit salvandum, v. 5, 6, 7.

Attendant gentiles quod Christus Dominus, ipse Judæus et Judæorum minister fuit et apostolus ; attendant Judæi quod Deus per prophetas Judæos gentiliam assumptionem ad fidem prædixit, 8, 9, 10, 11, 12. Rur-

sus eis omnibus simul Dei gratiam approcatur, seu inchoatam absolvit benedictionem, v. 13.

3° Epistolam finiturus, Romanorum laudibus enollit ea que forte dixit illis aspera ; suam Epistolam humiliter insinuat, quasi ipsis inutiliter, quia scientiâ et charitate sunt pleni ; eam excusat quasi liberiores ; at ita scripsit, ut suo inter gentes apostolico muneri satisficeret ; breviter exponit fructum sui inter gentes Evangelii, quod ab Jerusalem ad Illyricum usque primum ubique prædicavit, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21.

4° Se ad ipsos venturum pollicetur, in Hispaniam Romæ profecturus ; sed antea Jerosolymam vadit, cœcœnotas perlaturus ; interim eos instanter obsecrat ut pro ipso Deum orent, itaque suum Deo commendat, ut omnibus feliciter peractis, Romam lætus veniat, si sit Dei voluntas.

PARAPHRASIS.

1. Non tantum debemus scandalum quovis modo vitare, sed et nos, qui vel scientiâ vel virtute proveciores sumus, debemus minus doctorum, minusque perfectorum, ignorantias et infirmitates cum charitate sustinere ; et non nobismetipsis placere, vel ob scientiam nostram, vel ob virtutem.

2. Sed potius unusquisque vestrum, sui contemtor, student proximo suo placere, et glorificari in iis que ipsius bono cedant, et per que potest effici melior.

3. Etenim Christus, omnium nostrum exemplar, non sibi met placuit, nec sua quævisit, sed nostra, sicut Davidis ore pronuntiavit ; opprobria tibi, ô Pater, ab hominibus illata, in me transtuli, et luenda suscepi.

4. Hæc enim ita de Christo prædicta sunt, ut et ad nos instruendos præscripta sint : quippe tota Scriptura ad nostram doctrinam ordinata est, ut per patientiam, ad quam nos sanctorum, et maxime Christi exemplis excitat, et per consolationem quam nobis suggerit verbis et exemplis, spem habeamus æternæ beatitudinis quam promittit.

5. Precor itaque Deum ; à quo patientiâ, à quo et solatiâ, ut vobis omnibus det perfectam inter vos concordiam ; talem, inquit, concordiam, qualem decet Christianos.

6. Ut vos omnes, Judæi et Græci, omnibus dissensionibus extinctis, unanimiter, uno corde et uno ore glorificetis Deum et Patrem Dominum nostrum Jesum Christum.

7. Hoc ut ita sit, vos invicem diligite, fovete, suscipite, sicut et Christus ipse vos omnes suscepit, sibi adjunxit et sociavit ad gloriam hæreditatis æternæ.

8. Vos, inquam, Jesus Christus salvandus suscepit omnes ; Judæos quidem, quorum ipse doctor et evangelista fuit, ut ostenderet Deum esse veracem ; qui præstaret posteris ea que promiserat patribus ;

9. Gentes autem ; quibus nulla facta fuerat promissio, ut præter spem, sola Dei misericordiâ, ad

S. S. XXIV.

salutem admissæ, maximas Deo gratias agant pro tanto beneficio, non quidem promissio, sed tamen à prophetis predicto ; sic enim in Psalmis Christus Patri suo loquitur :

Propterea gloriam tuam inter gentes, per fidem in Ecclesiâ tuâ admissas, celebrabo, et nomen tuo laudis hymnum cantabo.

10. Rursus in Douteirononii canticò Scriptura dicitur : Lætami, gentes, unâ cum populo ejus, quia scilicet unâ cum Judæis estis populus Dei.

11. Et iterum, Psalm. 116 : Laudate Dominum, etc., ob misericordiam vobis factam per Christi gratiam.

12. Idem prædixit Isai. ; 41, 10 : Orietur Christus ex stirpe Jesse ; et exurgat ad regendas gentes ; in ipsam omnes gentes sperabunt.

13. Precor itaque ut Deus ipse, spei, sciet et patientiæ et solatiæ auctor (v. 5), pleno ac perfecto vos gaudio replet, et concordia in eadem fide, ut excluso omni dissidio, spes vestra magis ac magis crescat in vobis per gratiam et virtutem Spiritus sancti.

14. Hæc autem vobis sic approcor, ut de vestra tamen virtute non diffidam ; scio enim et certus sum quod estis charitate pleni ; et omni scientiâ repleti ; ideoque potentes ad vos invicem monendum, si que meis non indigeatis admonitionibus.

15. Sic ergo scripsi vobis, et forsàn paulo liberius scripsi, non ut vos velut ignaros doceam, sed ut in memoriam vobis que scitis reducam ; hocque ut apostolico muneri, à Deo mihi gratis impositio, satisfaciam.

16. Hoc autem munus est, ut ego sim inter gentes publicus sacerdotum Jesu Christi minister ; sacrificans per evangelicam prædicationem, non pecudes, sed homines ad fidem conversos ; ut gentiles sic evangelicâ prædicatione spiritaliter macati, fiant oblatio accepta Deo, et sancti Spiritus igne sanctificata.

17. In quo quidem ministerio, ita mihi res feliciter successit, ut habeam unde glorier, non apud homines, sed apud Deum ; non in memetipso, sed in

(Onze.)

Christo Jesu, cujus vicē et cujus virtute meo munere fungor.

18. Vix enim audeam eloqui quid per me Christus non effecerit ad gentium obedientiam sui conversionem efficiendam, et prædicationis verbo, et miraculorum operatione.

19. Per potentiam, signis insolitis, stupendisque prodigiis instructam, et Spiritus sancti charismatibus munitam; ita ut longè latèque dilataverim Evangelium Christi: scilicet, ab Jerusalem usque ad Illyricum, et per adjacentes hinc inde regiones propagaverim.

20. Sic autem huic evangelico munere incubui, ut sollicitè curarim predicare, non in iis locis in quibus jam erat annuntiat Christus, ne super fundamenta ab aliis jacta edificarem, siquæ fidem non tam fundarem, quam fundatam confirmarem.

21. Sed adimplevit quod ab Isaia prædictum est: Gentes, quibus de Christo venturo nihil ante nuntiatum est, videbunt oculis fidei, per apostolorum prædicationem, eum advenisse; et qui de illo nihil audierant, eum per fidem cognoscent.

22. Ideò, quod sæpè volui et sæpè proposui, ad vos scilicet ire, nondum, ob continas hujus mei ministerii curas et occupationes implere potui.

23. Nunc autem, cum in his regionibus Græcæ, Achaïæ, Macedoniae, etc., nullus sit locus Evangelio vacuus, et cum aliunde à multis jam annis ardentè desiderem ad vos ire,

24. Quando in Hispaniam iter arripiam, spero fore ut in itinere videam vos, et à vobis deducar illuc, postquam vestrà conversatione et præsentia prius ex parte satiatus fuero.

25. Nunc igitur Jerosolymam proficiscor, aliquas

VERS. 1. — DEBEMUS AUTEM NOS FIRMIORES; Græc., *potentes*, Syr., *fortes*; IMBECILLITATES INFIRMORUM; Græc., *impotentium*, Syr., *imbecillitatum*; SUSTINERE; Græc., *portare*, Syr., *ferre*. Nota primò *debemus*: debitum est fraternæ charitatis, ut firmiores, doctiores, in virtute provectiores charitativè et leniter ferant *infirmorum*, id est, minùs doctorum, minùs perfectorum ignorantias, hallucinationes, et quæ ex talibus ignorantias faciunt. Nota secundò *sustinere*, portare tanquam onus, instar bajulorum, ad firmiores, doctiores, et in virtute provectiores, ut per eos compatiendo, instruendo, non imprudenter contradicendo, scandalum vitando, bonum exemplum dando. Sicut in corpore naturali membra firmiora ferunt debiliora, sic in Ecclesiâ firmiores debent infirmos sustinere. Sicut in edificio materiali aliqua eliguntur firmiora, v. g., fundamenta, columnæ, etc., ad sustinendum totum ædifici pondus, quod ex fragiliori materiâ superponitur, ita etiam in spirituali Ecclesiâ edificio, fortiores aliorum debent onus sustinere.

VERS. 2. — UNUSQUISQUE VESTRUM PROXIMO...; proximi scandalo, vel incommodo, v. g., ut idololatria et escæ lege vitatas comedamus cum offendiculo infirmorum.

VERS. 3. — UNUSQUISQUE VESTRUM PROXIMO SUO PLACET, etc., id est, ad promovendum verum ejus bonum, quod est fides, justitia, salus æterna; quod dum sit, proximus ipse edificari dicitur.

VERS. 5. — ET ENIM CHRISTUS NON SIBI PLACUIT, q. d.,

elemosynas perlaturus, et sanctis pauperibus ministraturus.

26. Placuit enim Ecclesiis Macedoniae et Achaïæ, pauperibus illis Jerosolymitanis partem aliquam factæ de suis opibus.

27. Placuit, inquam, eis, et quidem jure merito, quippe sunt illis debitorum: si enim gentiles spiritualibus Judæorum divitiis communicaverunt, per apostolos à Jerosolymitanis missos, æquum sanè ut et ipsi gentiles de suis temporalibus bonis partem faciant pauperibus Jerosolymitanis.

28. Hoc igitur charitatis munere ubi perfunctus fuero, huncque beneficentiæ fructum mihi consignatum, sanctis pauperibus deposuero, Româ transiens proficiscar in Hispaniam.

29. Scio autem quòd ad vos veniam cum uberimis gratiarum Christi donis, ad vos confirmandos in fide.

30. Interim ego, vos fratres, obsecro per Domini nostri Jesu Christi merita, et per claritatem in cordibus nostris à Spiritu sancto diffusam, ut me, precibus ad Deum pro me effusis, laborantem et certantem adjuvetis.

31. Rogate primò, ut cum in Judæam venero, liberer ab incredulis Judæis; secundo, ut mecum ministerium in elemosynis perferendis et distribuendis, sit fidelibus acceptum, sanctisque Jerosolymitanis gratum.

32. Tertio, ut boni operis successu letus et hilaris ad vos veniam, si fuerit Dei voluntas, et apud vos aliquantisper refociller.

33. Precor autem ego pro vobis Deum, pacis et concordie auctorem et conservatorem, ut apud vos maneat, vobis adsit et optuletur. Amen.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — DEBEMUS AUTEM NOS FIRMIORES; Græc., *potentes*, Syr., *fortes*; IMBECILLITATES INFIRMORUM; Græc., *impotentium*, Syr., *imbecillitatum*; SUSTINERE; Græc., *portare*, Syr., *ferre*. Nota primò *debemus*: debitum est fraternæ charitatis, ut firmiores, doctiores, in virtute provectiores charitativè et leniter ferant *infirmorum*, id est, minùs doctorum, minùs perfectorum ignorantias, hallucinationes, et quæ ex talibus ignorantias faciunt. Nota secundò *sustinere*, portare tanquam onus, instar bajulorum, ad firmiores, doctiores, et in virtute provectiores, ut per eos compatiendo, instruendo, non imprudenter contradicendo, scandalum vitando, bonum exemplum dando. Sicut in corpore naturali membra firmiora ferunt debiliora, sic in Ecclesiâ firmiores debent infirmos sustinere. Sicut in edificio materiali aliqua eliguntur firmiora, v. g., fundamenta, columnæ, etc., ad sustinendum totum ædifici pondus, quod ex fragiliori materiâ superponitur, ita etiam in spirituali Ecclesiâ edificio, fortiores aliorum debent onus sustinere.

VERS. 2. — UNUSQUISQUE VESTRUM PROXIMO...; proximi scandalo, vel incommodo, v. g., ut idololatria et escæ lege vitatas comedamus cum offendiculo infirmorum.

VERS. 3. — UNUSQUISQUE VESTRUM PROXIMO SUO PLACET, etc., id est, ad promovendum verum ejus bonum, quod est fides, justitia, salus æterna; quod dum sit, proximus ipse edificari dicitur.

VERS. 5. — ET ENIM CHRISTUS NON SIBI PLACUIT, q. d.,

Græc., *nostrum*, id est, sed unusquisque proximo suo condescendat, moremque gerat ut illum sua charitate edifice, ad bonum attrahat, meliorque fiat. Nota quòd non in omnibus proximo nostro gratificari debemus, sed in iis que ipsius bono et edificationi cedunt; et in hoc differt complacentia, quam inspirat charitas, ab illa quam inspirat cupiditas. Cupiditas et mundana dilectio complacet in malo et ad malum; divina charitas in bono et ad bonum; hæc placere studet ut salvet; illa placet adulationibus ut perdat.

VERS. 5. — ET ENIM CHRISTUS NON SIBI PLACUIT. Urget exemplo Christi, seu exemplo charitatis, quam Christus erga nos omnes exercuit. *Enim Christus* non propriis commodis, voluntati, aut quieti studuit, sed gloriæ Dei et humani generis saluti.

SICUT SCRIPTUM EST, Ps. 68, etc., ut patet ex verbis que Davidis ore pronuntiat; hæc verba duos sensus habent, et probant quòd Christus Dei gloriam et nostram salutem intendebat.

IMPROPERIA IMPROPERANTUM TIBI... id est, peccata contra te, Deus, facta, ita me afflixerunt, ac si in me facta fuissent. Ecce gloria Dei. Vel: Sic ob ea dolui, ut ad placandum iram tuam in homines, qui ea committent, ipsa in me luenda susceperim. Ecce charitas proximi. Itaque sicut Christus peccata nostra tulit, sic debemus fratrum infirmitates ferre.

VERS. 4. — QUÆCUMQUE ENIM SCRIPTA SUNT; Græc., *ante scripta sunt*, seu prescripta; Syr.: *Quidquid enim quondam scriptum est*, in veteri Testamento scilicet. Rationem dat eir verba in personâ Christi à Davide pronuntiatâ allegaverit ad nostram instructionem, quia scilicet tota Scriptura ad nostram doctrinam ordinata sit; UT PER PATIENTIAM, ad quam nos hortantur Scripturæ exemplis sanctorum, et maxime Christi, et PER CONSOLATIONEM, quam verbis et exemplis suggerunt, SPEREM HABEAMUS æternæ beatitudinis quam promittunt. Patientia, consolatio, spes, fructus

Imitami Christum. Nam Christus suæ voluntati, nature, quieti et commodis non servivit, ut nos et nostra negligeret; sed ea omnia, et vitam suam pro nostra salute exposuit. Ita ergo et nos Christiani debemus facere pro fratrum salute, eorumque infirmitates suslinere, et ne eos scandalizemus, etc.

Sed sicut scriptum est; sed nobis placuit in bonum, vel infirmitates nostras sustinuit.

Improperia improperantium tibi ceciderunt super me; sic ob ea dolui, ut pro illis tanquam meis ipsis peccatis, ad placandum iram tuam in eos qui hæc admittent, me humiliarim usque ad mortem crucis, exsolvens que non rapui; quâ in re declaravi quanta mihi cura fuerit salutis eorum.

VERS. 4. — QUÆCUMQUE ENIM SCRIPTA SUNT, ad nostram doctrinam scripta sunt. Doctrinam intellige quæ instruitur ad pietatem et salutem æternam. Quæ doctrina divinis Scripturis propria est. Quæcumque scripta sunt in S. Script., præsertim de Christo, ad nostram (qui Christiani sumus) doctrinam, institutionem et imitationem scripta sunt.

Ut per patientiam et consolationem Scripturarum, spem habeamus, future gloriæ et vite æternæ. Pro per consolationem, Græcè est, per Scripturarum exhortationem, scilicet ad bona opera; hæc enim spem exaccunt. Facit hoc Scriptura per exempla, quæ narrat, per ex-

sunt sacræ Scripture lectionis; tota ordinata est ad fidei nostræ instructionem, aut ad spei stabilimentum, aut ad charitatis incrementum. Hinc colligitur quo sit animo legenda.

VERS. 5. — DEUS AUTEM PATIENTIE ET SOLATIO...; ut ostendat à quo sint expectandæ patientia, consolatio et spes, quas insinuat querendas in Scripturis, tribus epithetis exornat Dei nomen. *Deus patientiæ et consolationis*; et v. 15, *Deus spei*, auctor scilicet et dator. Deus charitas est, et quia charitas et patientia est et consolatio, imò fons, mare consolationis, à quo omnis vera consolatio. O Deus charitas! o Deus consolatio, et consolationis oceanus! in te et à te uno sit consolatio mea; mundani gaudent in mundanis; tu es, o Deus, et eris unica consolatio mea et nunc et semper. *Deus itaque patientiæ...* DEI VOBIS IMBREM SAPERE, id est, idem sentire, idem velle, in idem sensu et affectu conspirare, ita ut inter vos nec sit sententiarum diversitas, nec affectuum alienatio.

SECUNDUM JESUM CHRISTUM, id est, secundum fidem, doctrinam et exemplum Christi.

VERS. 6. — UT UNANIMES UNO ORE; Græc.: *Unanimiter in uno ore glorificatis*, id est, ut uno animo, uno corde, et uno ore glorificetis Deum, etc. *Unanimis*, quantum ad identitatem credulitatis; *uno ore*, quantum ad identitatem confessionis; *honorificatis*; quantum ad veritatem operis, ait Lyranus.

VERS. 7. — PROPTER QUOD SUSCIPITE INVICEM...; Syr.: *Propterea assumite et portate utriusque alios*, id est, propterea vos invicem excipite, fovete, supportate; firmos infirmum, doctus ignarum; gentilis Judæum, Judæus gentilem.

SICUT ET CHRISTUS SUSCIPIT VOS...; fursus exemplo Christi urget ad mutuam charitatem; quemadmodum Christus Dominus nos omnes suscepit, sibi adjunxit, ac sociavit ad Dei gloriam secum participandam.

hortationes, per promissiones et præmia, quæ Deus servis suis promittit in Scripturis. His enim nos consolatur, exhortatur, et in spem beatitudinis excitat.

VERS. 5. — DEUS AUTEM PATIENTIE ET SOLATIO, etc. Sensus est: Deus patientiæ et sanctæ consolationis auctor, det vobis ut sublati dissidiis et altercationibus quas habetis inter vos, sive de justificatione, sive de cibo, ac diebus observatione, idem inter vos mutuo sentiat, idque secundum Jesum Christum, hoc est, secundum doctrinam quam Christus docuit, vel quam tradidit religio christiana.

VERS. 6. — UT UNANIMES, etc. Hoc admonet tum propter firmos et infirmos; tum vero propter Judæos et gentiles. Quos omnes vult, positis dissensionibus, uno animo et uno ore Deum glorificare.

VERS. 7. — PROPTER QUOD SUSCIPITE INVICEM. Sensus: Alius alium sibi adjungat, firmus infirmum, doctus rudem, gentilis Judæum, et contra; foveteque eum et supportet ac instruat, et ut semel dicam, salutem ejus fraternâ sollicitudine curet.

Sicut et Christus suscepit vos, in honorem Dei. Quemadmodum et Christus nos sibi adjunxit, salutis nostræ curam habuit, adeo ut non sanguine relempset, fratres suos ac Dei filios efficeret, ut per hoc Dei gloriam et honorem promoveret, ita vos quoque invicem assumite, ut in unitate et concordia vestrà Deus glorificetur.

VERS. 8. — DICO ENIM JESUM CHRISTUM MINISTRUM... Hoc et sequentibus versus explicat quomodo Christus utrumque populum, Judaeum et gentilem suscepit: Judaeum quidem, ut promissiones patribus factas implere, gentilem vero ex sola misericordia, licet id per prophetas fuerit predictum. Simul assignat et affert rationes et motiva utroque ad mutuum concordiam inducentia; gentilis ne spernat Judaeos, quibus ipse Christus Evangelium, veritatem Dei, praedicavit; Judaeus ne ferat aegre gentiles, de quibus vaticinatum fuit, quod in Dei populum assumerentur. Ut ergo tollat Apostolus dissensiones inter Judaeos et gentiles ortas, et ne alii adversus alios insurgant, ostendit utrumque populum et à Deo privilegium affectum, et à Christo susceptum. *Dico enim Jesum Christum...* Judaeorum prerogativa haec est, quod Christus ex eis natus, eos docuit, eisque Evangelium ministravit. Idque PROPTER VERITATEM DEI, id est, ut ostenderet Deum esse veracem in promissis Abraham factis. Itaque minister *circumcisionis*, idem est, ac doctor, praedicator Judaeorum, apostolus eorum et evangelista.

VERS. 9. — GENTES AUTEM SUPER MISERICORDIA HONORARE. Gr. glorificare, etc. Gentium privilegium, seu gratia est, quod ex misericordia, à prophetis predicta, sunt assumptae: *Dico enim quod gentes*, quibus nulla facta fuit promissio, debent Deum glorificare, pro misericordia sibi praestata; sicut scriptum est, Ps. 17, 50:

PROPTEREA CONFITEBERE TIBI..., id est, propter gentium vocationem, nomen tum inter gentes celebrabo. Ubique misericordia quidem; at Judaeis promissa, gentibus non promissa; sed à prophetis predicta.

VERS. 10. — ET ITERUM DICIT, Scriptura, Deuter. 32, 4, 5.

VERS. 8. — *Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei.* Illud est, inquit, quod dico, Jesum Christum ministrasse Evangelium Judaeis (quos nomine *circumcisionis* designat) per semetipsum illis Evangelium predicando; idque pro veritate seu fide Dei praestanda, id est, ut Dei fidem servaret.

Ad confirmationem promissiones à Deo patribus eorum factas, Abraham, Davidi ac ceteris. Confirmatur enim promissio, dñm exhiberet res promissa.

VERS. 9. — *Gentes autem super misericordiam honorare Deum.* Gentes vero, quibus nulla facta promissio est, dico debere Deum glorificare et laudibus celebrare, pro misericordia sibi praestata.

Sicut scriptum est (Psal. 17): Propterea (propter vocationem, gratiam, aliaque beneficia gentibus praestata) confitebor tibi in gentibus, Domine. Quasi dicat: Inter gentes, ó Domine, aperte profitebor et celebrabo tum nomen, misericordiam et beneficia eis exhibita.

Et nomen tuo cantabo. Celebrabo divinum nomen tum, ut tu Deus glorificeris. Hoc quoque Christus se facturum dicit in gentibus, quia per totam gentium Ecclesiam id nunc facit in suis membris.

VERS. 10. — *Et iterum dicit (Deuter. 32): Latamini, gentes, cum plebe ejus, cum Judaeis conversis.* Conglomerat Apostolus hic testimonia Scripturae de vocatione gentium, tum ut Judaeis eam magis persuadeat, tum ut gentes hoc beneficium magis ponderent.

VERS. 11. — ET ITERUM, Psal. 116: *Laudate Dominum...*

VERS. 12. — ET RURSUS ISAIAS AIT, 41, 10. His quatuor testimoniis D. Paulus ostendit gentibus, quid Deo debeant propter hanc sibi praestitam misericordiam simul et Judaeis ostendit quod injuste gentibus videant, quod Deus illis se daturum toties praedixerat.

Primum testimonium Davidi quidem convenit, et ad mysticum Davidem, Christum scilicet, aptatur; qui dicit quod patris sui laudes inter gentiles ad fidem conversos decantabit. Secundum invitat gentes ad Deum cum populo Israel laudandum. Tertium omnes simul gentes ad Dei laudes invitat. Quartum praedicit quod gentes in Christum sperabunt; seu quod Christus oriundus sit secundum carnem, *ex radice*, id est, stirpe Jesse, patris David; quod ipse Christus *exurgat*, ut gentibus imperet, sitque eorum princeps, in eoque, tanquam suum Redemptorem et Salvatorem sperabunt.

Christe, Rex meus, Salvator meus, Deus meus; in te tota spes mea, rego me, salva me; spem meam, ó Deus Redemptor, imple.

VERS. 13. — *DEUS AUTEM SPEI...* ancior, imò principium, medium et finis. Illam enim ipse producit in nobis; illam ipse sustinet et conservat; illam ipse replebit per sui fruitionem in caelis. *Deus igitur spei repleat vos omni gaudio*, id est, pleno et totali gaudio spirituali. *ET PACE IN CREBENDO*; Græc., *in credere*; Syr., *per fidem*, id est, et concordia in eadem fide; per quam omnis inter vos extinguitur dissensio; *UT ABUNDETIS*, id est, ut læti, hilares, *abundetis*, in spe; ita ut magis ac magis crescat in vobis per potentiam Spiritus sancti, id est, per potentiam à Spiritus sancti gratia acceptam. *ET VIRTUTE*; Græc., *in virtute*; Syr., *per virtute*

Deoque gratias agant.

VERS. 11. — *Et iterum: Laudate, omnes gentes, Dominum*, etc. Invitantur ergo omnes gentes et populi ad laudandum Deum pro misericordia confirmata, et veritate exhibitâ populo Israelitico.

VERS. 12. — *Et rursus Isaias ait (cap. 41): Erit radix Jesse, et qui exurgat regere gentes.* Sensus est: Hoc quod dico, aliquando futurum est. Radix Jesse, id est, Christus oriundus ex stirpe Jesse patris David secundum carnem, idem ipse qui exurgat et stabit, futurus instar signi in altum erecti, ad quod undique populi confluant; exurgat, inquam, ut gentibus imperet, sitque eorum princeps; ille est, quem gentes suae vocationis gratiam agnoscere requirent, in quem sperabunt, adeoque deprecantur sint; tamen abest ut ejus imperium et principatum sint recusantur. Christus, quoad divinitatem, est radix David, hœc quoad humanitatem ipse fuit ex radice David. Nam Christus, quæ homo, natus est ex semine David; sed quæ Deus, fuit radix, id est, Creator et Dominus Davidis. Ita explicat se Script. Apoc. 22, cum dicit: *Ego sum radix et gens David.*

Et qui exurgat regere gentes, in eum gentes sperabunt, q. d.: Radix hic ille est, vel idem est, qui reget gentes.

VERS. 13. — *Deus autem spei*, scilicet auctor, cuius gratia factum est, ut in eum speretis.

Repleat vos omni gaudio, et pace in credendo, ut nimirum in fide susceptâ nullas contentiones cum fratribus habeatis, uti hactenus habuistis Judæi cum

tem, id est, ope Spiritus sancti, seu per potentiam, etc., ut dictum est. Aliqui tamen interpretantur: *Et virtute Spiritus sancti*, id est, in charitate, quæ est virtus Spiritus sancti; ita ut D. Paulus, fidem, spem et charitatem illis appetecur.

VERS. 14. — *CERTUS SUM AUTEM, FRATRES MEI...* Apostolica modestiâ simul et prudentiâ Paulus emoluit sua monita, sicut sese insinuat intimius in lectorum animos; quasi diceret: Quantum ad me, licet vos doceam, ó Romani, scio tamen et certus sum quod meâ non indigetis instructione, utpote qui pleni estis dilectione, et omni scientiâ repleti; ita ut possitis alter alterum monere. Duo ad alios docendum necessaria sunt: scientia et charitas; scientiâ reddit idoneum, charitas urget capacem; persuasus sum autem quod et charitate pleni estis, et omni scientiâ repleti. Paulus Epistolam finit eo quo cepit modo, scilicet, Romanorum laudibus, ut emolliat quæ in medio dixit illis aspera.

VERS. 15. — *AUDACIUS AUTEM SCRIPSI VOBIS...* Suam Epistolam quasi superfluum insinuavit in vers. 14. Hic eam excusat quasi audaciorum. *Audacius* ex parte, id est, paulo liberius forsân scripsi vobis; *TANquam IN MEMORIAM...*, id est, non tam ut vos doceam, quam ut in memoriam vobis revocem quæ scitis.

PROPTER GRATIAM; Græc., *per gratiam*; Syr., *per*, id est, idque ut apostolico muneri mihi à Deo imposito satisfaciam. Nota et mirare Apostoli libertatem et honestatem; scribit audacter, demulcet honeste; sic veritas liberè dicenda; sic honestas ubique apud omnes observanda. Hinc discat omnis superior subditis non superbe, sed humiliter loqui, scribere, imperare; monitionibus et correctionibus miram gratiam et efficaciam dabit humilitas.

VERS. 16. — *UT SIM MINISTER JESU CHRISTI...* Explicat gratiam seu munus sibi divinitus impositum; explicat autem egregiâ metaphorâ, quâ de Evangelii predicatione loquitur, quasi de sacrificio. Ut inter gentes sim *leucopryphus*, publicus sacrorum minister et sacerdos Jesu Christi.

gentibus; sed perennem pacem et concordiam mutui colatis.

Ut abundetis in spe et virtute Spiritus sancti, ut spes in vobis augeatur magis ac magis, augeatque nimirum causâ sperandi, quæ est gaudium, pax et mutua charitas; spes, inquam, augeatur per virtutem, id est, efficaciam operationem Spiritus sancti.

VERS. 14. — *Certus sum autem*, etc., q. d.: Ego vos, ó Romani, hæc Epistolâ doceo et admoneo, non quasi ignarus, torquidus aut improbus, quinque non possis invicem monere; certus enim sum vos plenos esse dilectione et scientiâ; sed tantum, ut ostendam animi mei affectum erga vos, utque memoriam eorum quæ scitis vobis reficere, tanquam apostolus vester, uti ipse se explicat versu sequenti.

VERS. 15. — *Audacius autem scripsi vobis, fratres, ex parte*, (id est, aliquantulo audacius, paulo liberius) *tanquam in memoriam vos traducens*. Non omnia quæ in hæc Epistolâ vos docui, ignorabatis; sed horum eorum partem vobis tanquam scientibus ad memoriam reducere volui.

Propter gratiam (apostolatam) *quæ data est mihi à*

SANCTIFICANS, Græc., *sacrificans*, EVANGELIUM DEI, seu consecrans per predicationem Evangelii.

UT FIAT OBLATIO GENTIUM..., id est, ut gentilismus sic spiritualiter evangelicâ predicatione maculatus fiat oblatio Deo accepta, sancti Spiritus igne sanctificata et incensa.

Itaque D. Paulus hic gentium conversionem exhibet velut sacrificium metaphoricum; in quo quidem sacrificio, ipse Paulus sacerdos est; victima gentes, consecratio victimæ, prædicatio Evangelii; ignis quo victima comburitur, Spiritus sanctus.

Observatio moralis.

Ergo evangelizare, predicare, est sacrificare. Concionator est sacerdos, labor concionandi quasi consecratio; victima: sunt auditorum anime; ipsarum conversio sacrificium est.

Videat itaque concionator quâ puritate et religione et quo studio suum peragat ministerium; sese ad illud præparet quasi sacrificatorum; et quâ animum consecratio, seu sanctificatio est predicationis finis, Spiritum sanctum ardentem et assidue concionator invocet super se ministrum, et super auditorum corda, tanquam victimam Deo immolendam.

Observatio doctrinalis.

D. Paulus predicationem metaphorice vocat sacrificium, sicut cap. 12 corpora nostra vocat hostiam; alibi elemosinam vocat sacrificium, sicut etiam contritio dicitur sacrificium. At tantum abest ut hæc metaphorica sacrificia negent, quinimo stabiliunt et confirmant veri sacrificii in Ecclesiâ veritatem; sicut metaphora non minuit, sed confirmat et augere rei, unde sumitur, veritatem. Est igitur in Ecclesiâ vera oblatio, liturgia vera, verum sacrificium, vera hostia; unde D. Paulus has traxit metaphoras. Ineptè igitur Calvinus hinc occasione sumpsit verum in Ecclesiâ negandi sacrificium; et inane predicationis sacrificium stabiliendi; quasi verò mystica iustitæ, misericordiæ et cordis contriti sacrificia, quæ passim leguntur in Scripturis, sacrificia veteris legis sustulerint.

VERS. 17. — *HABEO Igitur GLORIAM...*; Græc., *gloriationem*, id est, unde gloriatur, IN CABISTO APUD DEUM;

Deo. Scripsi, inquit, hæc non docens, sed in memoriam vos reducens, ut officio et muneri, puta apostolatus meo, satisfaciam; monitioni enim et correctioni magis suavitatem, gratiam et efficaciam dabit humilitas.

VERS. 16. — *Ut sim minister Christi Jesu in gentibus.* Minister, supple sacrorum, id est, sacerdos, q. d.: Sacerdos sum hoc ipso quo Apostolus: simul inueni Christus esse Deum, ut cuius sacerdotem se profiteatur.

Sanctificans Evangelium Dei, id est, administrans Evangelium à Deo missum hominibus, coque ministerio velut sacerdotio fungens. Id enim significat vox Græcæ, *saceris operans*, rem sacra factiens.

Ut fiat oblatio gentium incensa, et *sanctificata in Spiritu sancto*, q. d.: Ad hoc sum sacerdos mysticus, puta prævo Evangelii, ut nimirum per meam predicationem gentes placeant Deo, et sanctificentur per Spiritum sanctum; itaque quasi victima munda et acceptissima Deo offerantur et consecrantur, inquit S. August., ipsique deinde opera sancta Deo, quasi victimas offerant.

VERS. 17. — *Habeo igitur gloriam*, etc., q. d.: Ex

vel in iis quæ sunt ad Deum. Græc. , τὰ ἐν τῷ Θεῷ, scilicet ob successum Evangelii per me Christi ministrum inter gentes annuntiat.

VERS. 18. — *NON ENIM AUDEO ALIQUID...*, id est, vix enim audeam dicere quid per me non effecerit Christus ad gentium obedientiam, seu conversionem efficiendam verbo prædicationis et miraculorum peroratione. Alii communitur: Ut gloriæ, non est necesse quod loquar quid per me non effecerit Christus; seu non audeo aliorum facta mihi arrogare, laudemque capere ex eis quæ Christus per me non effecit, ut gentes reduceret in obedientiam Evangelii.

VERS. 19. — *IN VIRTUTE SIGNORUM...*, id est, per potentiam operandi prodigia, v. g., daemones eiciendi, morbos curandi, mortuos resuscitandi.

IN VIRTUTE SPIRITUS SANCTI..., id est, per charismata Spiritui sancto peculiariter attributa, v. g., dona linguarum, prophetiæ, de quibus ad Cor. 1, cap. 12.

ITA UT AB JERUSALEM... USQUE AD ILLYRICUM, non rectè viâ, sed in orbem circumiens, Orientales et Ponticas regiones, Asiam et Thraciam doctrinâ evangelicâ repleverim. Illyricus nunc Scavonia, seu Bosnia.

VERS. 20. — *SIC AUTEM PREDICAVI*; Græc. ἐπισημασμένος, id est, amanter contendens, sollicitè curans et ambiens predicare, ubi Christus non erat cognitus, ne, etc.

VERS. 21. — *SED SICUT SCRIPTUM EST...*, Isai. 52, 15, id est, sed feci quod ab Isaiâ scriptum est: Gentes

eo quod sim minister Christi atque sacerdos et apostolus gentium, habeo unde gloriari, non in me, sed in Christo, qui per me operatus est, et in diis operatur salutem gentium; idque, ad Deum, id est, in iis rebus quæ ad Deum pertinent, puta in rebus salutis, quæ ad gratiam et gloriam divinam spectant.

VERS. 18. — *Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus* in (circa) conversionem et obedientiam gentium; q. d.: Habeo unde gloriari, si cogitem et loquar, non falsa, sed vera, puta ea quæ verè per me efficit Christus, in tam mirâ et magnificâ tot gentium conversione, etc. Ergo quidquid loquor verè loquor et glorior.

Verbo et factis; Græcè, sermone et opere. Igitur verbum intelligitur evangelicæ prædicationis; opus autem in miraculis.

VERS. 19. — *In virtute signorum et prodigiorum*, id est, per potentiam declarantem signis et prodigiis.

In virtute Spiritus sancti. Potest intelligi de charismatis Spiritus sancti, ut sunt dona linguarum, prophetiæ, discretionis spirituum, interpretationis sermonum, et cetera quæ enumerantur 1 Corinth. 12. Hæc enim peculiariter adscribi solent Spiritui sancto.

Ita ut ab Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi. Paulum implevisse dicant, id est, dilatasse Evangelium Christi, famanque eius ad notitiam extendisse. Quæ enim implentur, ea dilatant et extendunt. Est enim peculiaris Scripturæ phrasis, replere pro diffundere, extendere, propagare, quamvis à paucis animadversa.

Nota hic ingentem zelum et circuitum Apostolorum duos hoc loco prædicationis suæ terminos statuit, Jerusalem et Illyricum, medias omnes regiones, Arabiam, Damascus, Antiochiam, Seleuciam, Cyprum,

Deum et Christum ignorantes audient de eo et illum cognoscent.

Observatio moralis.

Quid non potest unicus homo Spiritus sancti virtute plenus? D. Paulus ab Jerusalem usque ad Illyricum, omnes medias et circumjacentes regiones, fide Christi illustraverat anno Christi 58, quod creditur hæc Epistola fuisse scripta; anno autem Christi 69 mortuus est; et creditur ante mortem Italiam, Galliam, Hispaniam peragrâsse. Vix enumerari possunt urbes, gentes, populi, quos Apostolus, velut fulmen, illuminavit et inflammavit. Quemadmodum acervos miraculorum hoc uno verbo, in virtute signorum, alligavit; ita, ait D. Chrys., infinitas urbes et gentes, hoc uno verbo, per circuitum, comprehendit. Sanè in D. Paulo gratia Dei vacua non fuit.

Hæc, ego miser homuncio, inutilissimus Dei servus; qui nihil boni, plurimum mali et facio et feci; hæc, inquam, videns et ob ea obstupescens, quid agam? Mirabor saltem et laudabo Deum in sanctis suis; sanctos et fideles Dei servos venerabor; gaudebo et exultabo quod Deus ab aliis dignè et laudabiliter servatur; sanctos rogabo, ut suâ superabundantiâ meam adjuvent inopiam: sancte Paule, digne Dei apostole, ora pro indigno et inutilissimo Dei servo.

VERS. 22. — *PROPTER QUOD ET IMPEDIEBAR PLURIMUM*, Græcè, τὰ πολλὰ, quod verti potest etiam sæpius, id est, idèd sæpè cum vellem ad vos venire, impeditus fui usque modò, scilicet, curâ populorum, ad quos nondum, at jam ad vos Evangelii notitia venerat, me re-

Pamphyliam, Pisidiam, Lyeoniam, Syriam, Ciliciam, Phrygiam, Galatiam, Mysiam, Troadem, Achaïam, Epirum et alias, quasi fulmen, omnes fide Christi illustrans, et charitate inflammans, paucis annis ipse pervasit.

VERS. 20. — *Sic autem predicavi Evangelium hoc* (sic magno studio comissus sum et ambivi evangelizare), non ubi nominatus est Christus, id est, non iis in locis quibus Christus jam erat annuntiat, ad quæ prædicatione Evangelii jam pervenerat.

Ne super alienum fundamentum edificarem. Fundamentum intelligit fidei christianæ. Alienum vocat, quatenus ab alio apostolo vel predicatore factum est. Non est autem sensus, Paulum studiosè cavisse ne usquam predicaret ubi Christus fuerat annuntiat. Nam Iamasci prædicavit, ubi jam ante Christiani erant, quos volebat victos perducere Hierosolymam, Act. 9. Romanis quoque Petri prædicatione conversis, nunc scripto, postea verbo Christum evangelizavit. Verùm hæc egi, non tam ut apostolus, cuius est fundare et plantare, quam ut rigator, confirmator et consolator; quemadmodum ipse protestatus est sub initium hujus Epistolæ: magisque in transitu et per occasionem quam ex proposito; sicut dicit in sequentibus, se Romanam pertransiturum, ut in Hispaniam proficisceretur, ubi nullum adhuc fidei fundamentum positum erat.

VERS. 21. — *Sed sicut scriptum est*, Isaiâ 52, ubi extat de vocatione gentium prophetia, quam parum per Paulum impleri voluit Christus, parum per alios apostolos. Ait enim Isaiâ: Quibus non est annuntiatum de eo (puta gentes Deum et Christum ignorantes) videbunt (cognoscent eundem), et qui non audierunt, intelligent.

VERS. 22. — *Propter quod impediebar plurimum*, id est, pluribus, venire ad vos, etc.

trahente. In Græcò non est, et prohibitus sum usque ad hæc, nec in Syro.

VERS. 25. — *NUNC VERÒ ULTERIUS...*, id est, nunc autem cum nullum amplius locum Evangelio vacuum habeam in his Græciæ, Achaïæ, Macedonia, etc., regionibus, etc. Nota finem Epistolæ principio conformem, ait D. Chrys.; nam in principio dixit: *Sæpe numerò proposui...*; hic causam ponit propter quam impeditus fuit, desiderium utrobique exprimit.

VERS. 24. — *CUM IN HISPANIAM PROFICISCI CŒPERO*, id est, cum in Hispaniam iter arripuerò, spero fore ut videam vos; è Græciâ per Italiam in Hispaniam iter carperè volebat; ET A VOBIS DEDUCAR ILLUC, scilicet in Hispaniam per Galliam. SI VOBIS PRIMUM EX PARTE..., id est, postquam vestrà conversatione et presentia ad aliquod saltem tempus recreatus fuero, Græcè, ἐρπητός fuero. Dicens, ex parte, significat desiderii sui magnitudinem; quasi diceret: Non quantum vellem, sed quantum licebit.

Patet ex Act. 21, divum Paulum, hoc iter quod animo conceperat, tunc quidem non perfecisse, quia ut venit Hierosolymam, comprehensus fuit à Judæis, et Romam captivus missus, ibique biennio detentus. An verò post liberationem iter in Hispaniam, Baronijs, tom. 1 Annal., ad an. Dom. 61, testes et rationes afferit in utraque partem. Cornelius à Lapide et Tiranus putant quòd ierit, et citant auctores.

VERS. 25. — *NUNC IGITUR PROFICISCAR*; Græcè: *Nunc autem proficiscor*, id est, nunc iter instituo Hierosolymam, aliquas perlaturus eleemosynas, quas collegi in Macedonia et Achaïâ; et illas ministraturus, seu distributurus Christianis Hierosolymitanis: illis, scilicet, qui pauperes erant, tum quia suis omnibus divenditis, pretium ad apostolorum pedes abjeceant; tum quia, ob fidem, reliquorum honorum rapinam passi fuerant, ut Hebr. 10 dicitur.

VERS. 26. — *PROBAVERUNT ENIM MACEDONIA...*, id est, placuit et visum est Ecclesiis Macedonia, et Achaïæ facultatum suarum communicationem facere in sanctos, pauperes, seu pauperibus qui sunt inter sanctos, id est, Christianos Hierosolymitanos.

VERS. 27. — *PLACUIT ENIM EIS, ET DEBITORES SUNT*, id est, voluerunt, inquam, et ipsis placuit, et jure merito, quippe sunt eis debitores, scilicet ex gratitudine.

NAM SI SPIRITUALIUM PARTICIPES..., id est, si enim gentiles spiritualibus Judæorum divitijs, id est, fidei,

VERS. 25. — *Nunc verò ulterius locum non habens in his regionibus*. Locum scilicet vacuum, cum in iis repleverim Evangelium, ubique fundatis Ecclesijs, ubique constitutis et ordinatis episcopis et presbyteris, qui mea cepta perliciant. Regiones intelligi Achaïam et Macedoniam. Eas enim paulò post nominabit; et in Achaïâ erit Corinthi, ubi hæc scribit Epistolam.

Cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis jam præcedentibus annis. Magno teneor desiderio jam à multis annis ad vos proficiscendi, vosque invensidi.

VERS. 24. — *Cum in Hispaniam proficisci cœpero*, spero quòd præteritis videam vos, et à vobis deducar illuc. Spero, inquit, fore ut istac iter faciens, videam vos, et illic, id est, in Hispaniam, à vobis deducar. Si vobis primum ex parte fruius fuero, q. d.: Inexplebile habeam vestri desiderium, ut nunquam totum

communicaverunt per apostolos, à Judæis Hierosolymitanis missos ad eos.

DEBENT ET IN CARNALIBUS MINISTRARE; Græcè, sacrificare eis, id est, æquum est ut et ipsi gentiles de suis bonis temporalibus, quæ ad carnem atandam spectant, non ad spiritum, et idèd spiritualibus longè sunt inferiora, partem aliquam Judæis faciant.

Duo hic notanda: primum, quòd eleemosynam dare, sit sacrificare, *λεωτοσύνην*. Eleemosyna quasi liturgia, seu sacrificium; eleemosynarii sunt quasi sacrificii: reverà bona sua Deo offerentes, illa quasi sacrificant. Hoc sacrificium tanti fecit Apostolus, orbis terrarum doctor, ut illud quasi apostolus sui partem consideret; imò illud tot alijs negotijs et curis præferat, quibus pro salute gentium erat implicatus; præferat etiam et vehementi suo Romanos vendendi desiderio. Tanti apostoli et doctoris exemplo docentur omnes, etiam sublimiores prælati, hoc munus multis alijs antepone; eleemosynas etiam proprijs manibus distribuere.

Secundum, quòd eleemosyna sit Christi pauperibus debita, tum quia orationibus, tum quia concionibus et alijs functionibus spiritualia largiuntur populo christiano. Et bene notat hic D. Thomas et post ipsum Eslius, quòd sicut gentiles conversi non tantum divo Paulo, Sylæ et Barnabæ contributionibus debitores erant; sed et societati sanctorum pauperum, à quibus illi apostoli fuerant missi, sic non uni tantum ut alteri evangelizata debetur à populo sustentatio; sed et fratris conventus, seu congregationis, à quibus illi mittuntur.

VERS. 28. — *HOC IGITUR CUM CONSUMMAVERO ET ASSICATAVERO*; Græcè, et Syr., *consummavero*, id est, hoc charitatis munere ubi perfectus fuero; huncque beneficentiæ fructum, seu eleemosynam obsignatam sanctis tradidero; PER VOS PROFICISCAR, id est, Româ transiens proficiscar in Hispaniam. De hoc itinere et transitu intento, vide dicta v. 24.

Juxta verbum Græcè, *επισημασμένος*, cum signatum consummavero, videtur quòd D. Paulus hæc penitiam noluerit nisi obsignatam ferre, ne quis suspicaretur eum aliquid usurpasse sibi. Hoc Apostolus exemplo caveat omnis Christi minister à minima dissimulatione avaritiæ; providet bona non tantum coram Deo, sed et coram hominibus.

Fructum vocat Apostolus eleemosynam, quia verbi

illud saturare possim, sed duntaxat ex parte, præsertim si tantum in transitu vos videam et salutem, uti destino. Ita Theophylact. Significat se ex illorum colloquio magnum gaudium et voluptatem accepturum.

VERS. 25. — *Nunc igitur proficiscar*, etc. Ut Judæis Christianis in paupertate et necessitate constitutis deferam collectam eleemosynarum, quam pro eis feci in Macedonia et Achaïâ.

VERS. 26. 27. — *Probaurent enim Macedonia et Achaïa, etc.* Placuit enim eis, et debitores sunt eorum, nempe sanctorum agentium Hierosolymis.

Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent et in carnalibus (in temporalibus bonis) ministrare illis.

VERS. 28. — *Hoc igitur cum consummavero, etc.*, id est, id facere propono ac spero.

divini fructus est; pietatis fidelium fructus est, fructus et orationum, gemituum et lacrymarum pauperum; at fructus danti utilior quam recipienti. Hinc fructus dicitur, ait D. Chrys., ut innuat Apostolus contributores lucrum facere, juxta illud Christi Domini: *Beatus est magis dare quam accipere.*

VERS. 29.—SCIO AUTEM QUONIAM VENIENS AD VOS...., id est, scio quod meus ad vos adventus erit cum uberrimis gratiarum donis, scilicet, ad confirmandos vos, ut dictum est cap. 1. D. Chrys. aliter exponit: Scio me, cum venero, vos inventurum repletos omnibus spiritualibus donis.

VERS. 30.—OBSECO VOS ERGO, FRATRES; id est, ego vos obtestor per Domini nostri Jesu Christi merita, PER CHARITATEM à Spiritu sancto in cordibus nostris infusam, quâ in unum corpus colligamur.

UT ADJUVETIS ME; GRÆC. : *Simul mecum certetis, orationibus...* Præsentiat Paulus, magnum sibi certamen instare, Act. 20, 25; sciebat et quod preces sint quasi certamen cum Deo, ejus figuram habemus in luctu Jacobi cum angelo. Hinc collige quod licet sanctos invocare; si enim D. Paulo licuit Romanorum adhuc viventium preces non simpliciter, sed etiam per sanctissima quæque obsecrare, quidni

VERS. 29. — Scio autem, quoniam veniens ad vos, etc., q. d. : Deus per meum adventum, prædicationem et conversationem copiosam vobis impertietur evangelicorum mysteriorum cognitionem, amorem, consolationem, gratiam et fructum. Ita Origenes et Anselmus.

VERS. 50, 51. — *Obsecro ergo vos, fratres, etc., ut liberetis ab infidelibus qui sunt in Judæa.* Pro adjutis me, GRÆC. est: *Ut concertetis in egrone mecum.* Præsentiat Apostolus certamen quod postea habuit Hierosolymis, Act. 21, ubi captus fuit ab infidelibus Judæis, contra quod precibus certabat, et Romanorum ut secum certent, preces hic implorat. Ita S. Chrysostomus.

Et obsequii mei ministerii elemosynarum, quas defero christianis pauperibus in Judæa degentibus oblatio accepta fiat in Jerusalem sanctis. Orate etiam ut hoc meum ministerium, quo fungor in perferenda Hierosolymam elemosynâ, sanctis pauperibus qui in ea sunt, acceptum ac gratum sit, eosque lætificet.

Corollarium pietatis, seu quæ in hoc capite ad pietatem maximè sunt notanda, et in proximi redigenda.

4° Ex hoc capite discite fraternæ charitatis debitum esse, infirmis compati, ipsorumque infirmitates leniter et charitative portare, ipsos instruere, juvare, fovere; sicut fraternæ charitatis debitum est pauperibus compati, ipsis erogare, illorumque miseriam sublevare. Ad hoc datur scientia et virtus, ut instruat ignarus, et portetur infirmus; sicut ad hoc datur sunt divitiis opes, ut subleventur pauperes. Et sicut dives in suis divitiis sibi complacens, easque sibi reservans, peccat avaritiâ, sic vel in suâ scientiâ vel virtute sibi placere, eisque ad proximi bonum et salutem non uti, amor quidam est concupiscentiæ charitati contrarius.

O Deus charitas! parce mihi, et ne recorderis concupiscentias, complacentias et avaritias meas! quoties mihi complacui? quoties in fratrem meum indignans excaudui? quoties ejus ignorantias et hal-

liceat D. Pauli, cum Christo nunc regnantis, animum et suffragia invocare? hoc etiam alibi fecit D. Paulus, Eph. 6, Col. 4, 1 Thess. 5, 2 Thess. 5, Hebr. 15.

VERS. 51.—UT LIBERER AB INFIDELIBUS..., ab incredulis Judæis, ET OBSEQUII MEI OBLATIO; GRÆC., et ministerium meum, scilicet in elemosynis et colligendis et perferendis, sit acceptum fidelibus, ipsisque gratum. Ipsi etiam Judæis conversis erat suspectus Paulus, quasi Judæismi hostis et gentium patronus

VERS. 52.—UT VENIAM AD VOS..., ut boni operis successu lætus veniam ad vos. PER VOLUNTATEM DEI, si fuerit Dei voluntas. ET REFRIGERER, GRÆC., et simul recreer vobis; Syr., et vobiscum requiescam, id est, apud vos refociller et mutâ consuetudine recreemur.

VERS. 53.—DEUS AUTEM PACIS, supple auctor, sicut vers. 5 : *Deus patientiæ et solatii*; vers. 15 : *Deus spei.* Rogat pro ipsis, sicut et ipsorum orationes petit; rogat autem quod jam bis in hoc capite rogavit, ut amputatâ omni discordiâ, concordet sint in veritate, idque à Deo pacis efflagiat.

Si Paulus implorat orationes Romanorum fidelium pro se ad Deum, cur non vicissim ac similiter Romani implerent orationes Pauli? Et si Pauli viventis in hæc carne mortali, cur non etiam hæc mortalitate exuti, et regnantis cum Christo?

VERS. 52. — *Ut veniam ad vos in gaudio.* Ut, gaudio veniam ad vos.

Per voluntatem Dei. Hoc addit, quia piorum fidelium est omnia bona à Dei voluntate expectare, et in omnibus à nutu providentiæ Dei pendere.

Et refrigerer vobiscum, q. d. : Ut refociller, et ex tot laboribus recreer, videns vestrum profectum in Evangelio, et vos pariter recreemini videns me, de quo multa inaudistis.

VERS. 55.—*Deus autem pacis, etc.* Optat eis pacem à Deo pacis auctore, videlicet respiciens ad contentiones que inter eos fuerant, tam de justificatione inter Judæos et gentiles, quam de legalium observatione Judæis ipsis inier se.

lucinationes agrè tuli, leniter non instruxi charitative non correxi? Quot ergo peccata contra te commisi! O Deus charitas! O Deus patientia! Sed qui me peccantem patienter sustinisti; de peccato meo dolentem et penitentem suscipe propitius, et refove tuo miseratus auxilio. Da cordi meo diligere, compati, sustinere; da proximo complacere ad Dei gloriam, sicut Christus nos suscepit in honorem Dei.

2° Ex eodem capite discite fundamentalem charitatis et misericordiæ nostræ erga proximum rationem, nimirum ineffabilem Filii Dei erga nos humanitatem ac benignitatem, et admirabilem propter nos condensationem.

Christus suscepit nos in honorem Dei, nos sibi sociavit omnes; in incarnatione suâ nostras omnes suscepit infirmitates; in passione suâ tulit omnia nostra peccata; toto suæ vitæ tempore non sibi placuit;

propriis commodis, aut quieti non studuit, sed nostræ salutis et gloriæ Dei. Ergo et nos debemus fratrum infirmitates ferre, ipsis compati, illorum commodis et salutis studere, illis complacere et favere, ad illorum bonum et gloriam Dei.

3° Et hinc simul discite christianè et meritorie facere, quod in usu frequentiori fit civititer tantum, et aliquando, imò sæpè, cum peccato; scilicet proximo complacere, salutationes, amicitias et alia hujusmodi signa honestatis exhibere; hoc fiat ex charitate, ad exemplum charitatis Christi, in bonum et ad edificationem proximi; et tunc erit actio meritoria, utpote divinæ charitatis actio; secus, cum fit ex complacentiâ humanâ, cum adulatione, cum men-

CAPUT XVI.

1. Commendo autem vobis Phœben sororem nostram, qui est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchris.

2. Ut eam suscipiatis in Domino dignè sanctis et assistatis ei in quocumque negotio vestri indigerit; etenim ipsi quoque astitit multis, et mihi ipsi.

3. Salutate Priscam et Aquilam adjutores meos in Christo Jesu.

4. (Qui pro animâ meâ suas cervicibus supposuerunt: quibus non solus ego gratias ago, sed et cunctæ Ecclesiæ gentium);

5. Et domesticam Ecclesiæ eorum. Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitivus Asiæ in Christo.

6. Salutate Mariam, quæ multum laboravit in vobis.

7. Salutate Andronicum et Juniam, cognatos et conceptivos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui et ante me fuerunt in Christo.

8. Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in Domino.

9. Salutate Urbanum adjutorem nostrum in Christo Jesu, et Stachyâ dilectum meum.

10. Salutate Apellen probum in Christo.

11. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino.

12. Salutate Tryphenam, et Tryphosam, quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multum laboravit in Domino.

13. Salutate Rufum electum in Domino, et matrem ejus, et meam.

14. Salutate Asyncretiam, Phlegontem, Hermam, Patrobram, Hermen, et qui cum eis sunt, fratres.

15. Salutate Philologum et Julianum, Nereum et sororem ejus, et Olympiadem, et omnes, qui cum eis sunt, sanctos.

16. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi.

17. Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos qui dissensionis et offendentis, præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt: et declinate ab illis.

18. Hujusmodi enim Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri: et per dulces sermones, et benedictiones, seducunt corda innocentium.

dacio. Vide discrimen complacentiæ christianæ et mundanæ, v. 2.

Hanc christianam complacentiam divus Paulus suo nos docet exemplo, v. 14 et 15.

4° Denique ex hoc capite discite et nota quod prædicationis sit sacrificium; et ideo debet coniator ad eam magnâ pietate, puritate et studio se preparare; ad Dei gloriam, et ad animarum salutem omnia referre, hæcque duo tantum intendere; debet auditorem corda, quæ viciantur, precibus, lacrymis, penitentia ad sanctificationem preparare; Spiritum sanctum super illa assidue invocare. Vide reflex. moral., v. 16.

CHAPITRE XVI.

1. Je vous recommande notre sœur Phébé, diacresse de l'Eglise qui est au port de Cenchrée,

2. Afin que vous la receviez, au nom du Seigneur, comme on doit recevoir les saints, et que vous l'assistiez dans toutes les choses où elle pourrait avoir besoin de vous; car elle en a assisté elle-même plusieurs, et moi en particulier.

3. Saluez de ma part Prisque et Aquilas, qui ont travaillé avec moi pour le service de Jésus-Christ,

4. Qui ont exposé leur tête pour me sauver la vie, et à qui je ne suis pas le seul qui sois obligé, mais encore toutes les Eglises des gentils.

5. Saluez aussi l'Eglise qui est dans leur maison. Saluez mon cher Epénète, qui a été les premiers de l'Asie, en Jésus-Christ.

6. Saluez Marie, qui a beaucoup travaillé pour vous.

7. Saluez Andronique et Junie, mes parents; qui ont été compagnons de mes liens, qui sont considérables entre les apôtres, qui ont embrassé la foi de Jésus-Christ avant moi.

8. Saluez Amplias, que j'aime particulièrement en notre Seigneur.

9. Saluez Urbain, qui a travaillé avec vous pour le service de Jésus-Christ, et mon cher Stachys.

10. Saluez Apelle, qui est un fidèle serviteur de Jésus-Christ.

11. Saluez ceux de chez Aristobule. Saluez Hérodion mon cousin. Saluez ceux de la maison de Narcisse, qui sont au Seigneur.

12. Saluez Tryphène et Thyrsos, lesquelles travaillent pour le service du Seigneur. Saluez notre chère Perside, qui a aussi beaucoup travaillé pour le service du Seigneur.

13. Saluez Rufus, qui est un élu du Seigneur, et sa mère que je regarde comme la mienne.

14. Saluez Asynerte, Phlégon, Hermas, Patrobre, Hermès, et nos frères qui sont avec eux.

15. Saluez Philologue et Julie, Nérée et sa sœur, et Olympiade, et tous les saints qui sont avec eux.

16. Saluez-vous les uns les autres par un saint baiser. Toutes les Eglises de Jésus-Christ vous saluent.

17. Mais je vous prie, mes frères, de prendre garde à ceux qui causent parmi vous des divisions et des scandales contre la doctrine que vous avez apprise, et d'éviter leur compagnie.

18. Car de tels hommes ne servent point Jésus-Christ notre Seigneur, mais leur ventre; et par des paroles flatteuses ils séduisent les âmes simples.